hoc p; n̄sio ad oba.

### Ad septimuz sic pro

ceditur. **V**idetur q; dīnatio q̄ fit per auguria  
⁊ omina ⁊ alias h̄mōi obfuatiōes extioruz  
re; nō sit illicita. **S**i. n. eēt illicita sci. viri ea  
non vterent. s; de Joseph legit q; augurijs  
intēdebat. legit. n. Gen. 44. q; dispesator  
Joseph dixit. **C**ypbū quē furari estis ipse ē ī  
quo bibit v̄s meus ⁊ in q̄ augurari solet. ⁊  
ipse p̄ ea dixit fratrib; suis. An ignoratis q;  
nō sit simil' mei ī auguriādi scia. ḡ vti tali di  
uinatōe nō ē illicitū. **P**. Aues aliq; circa fu  
turos euēt; tēporū nāliē cognoscūt aliq; s; z  
illud Jere. 8. **M**ilū ī celo cognuit tēp; suū  
turtur ⁊ hirūdo et ciconia custodierunt tps  
aduent; sui. s; nālis cognitio ē ifallibil' et a  
deo. ḡ vti cognitōe auūz ad pcognoscēduz  
futura qd ē augurari nō v̄r eēt illicitū. **P**.  
Hedeō ī numero scōrū pōit ut p; ad Heb.  
xi. sed Hedeon vsus fuit omie ex hoc q; au  
diuit recitationē et itēptatōz cuius: a som  
ny: ut Judic. 7. d̄r et filiter Heliezer seruus  
Abrahe ut legit Gen. 24. ḡ videt q; tal' di  
uiniatio nō sit illicita. **S**; d̄r qd d̄r Deut.  
18. No iueniatur in te q; obseruet auguria  
**P**. d̄r d̄r d̄r q; mot; uel garrit; auūz uel  
q̄cunq; dispositiōes h̄mōi ī reb; cōsiderate  
manifestū ē q; nō sūt causa futuroz euētūū  
vt ex eis aliq; futura cognoscāt: nec cognoscī pōt  
fiē ex cāis. **R**elinquit; q; si ex eis aliqua fu  
tura cognoscāt. hoc erit iqtū sūt effect; ali  
quarū cāz q̄ ē sūt cāntes l̄ pcognoscētes futu  
ros euēt;. **C**ā at operatōuz brutoz aīaliū ē ī  
stinct; qdā q̄ mouēt ī motū nāe. non. n. h̄nt  
dominiū sui act;. **D**ic at istinct; pōt ex du  
plici cā pcedē. **U**no qd mō ex cā corpali. cū  
.n. bruta aīalia nō habeant nisi aīaz lēsitūā  
cuius oēs potētie sūt act; corpaliū organo  
rū: subiacet eoz aīa dispositiōi cōtinētūū cor  
porū. ⁊ p̄mordialitē celestūū. ⁊ iō nihil p̄hibz  
aliq; eozū opatōes eē futurozū signa iqtūz  
ofo: manē dispositiōib; corporū celestūū ⁊ ac

ris continētis: ex q; pueniūt aliq; futuri euē  
tus. **I**n h̄ tū duo cōsiderari o; **P**rimū qdē  
ut opatōes h̄mōi non extendantur: nisi ad  
pcognoscenda futura q̄ cāntur p̄ mot; cele  
stūū corporū ut s̄ dictū ē. 2. v̄r nō extēdāt ni  
si ad ea q̄ aliq; p̄nt ad h̄mōi aīalia p̄tinē: cō  
sequit. n. p̄ celestia corpora cognitionē qm  
dam nāle ⁊ istinctū ad ea q̄ eoz vite sūt ne  
cessaria: sicut sūt imutatōes q̄ sūt p̄ pluuias  
⁊ v̄tos ad alia h̄mōi. **A**lio instinct; h̄mo  
di causātur ex cā spūali. s. uel ex deo ut p; in  
colūba sup xpm descendēte. ⁊ ī cornu q; pa  
uit **H**eliā. ⁊ in cete q; euomit ⁊ eiecit Jonas  
uel ēt ex demonib; q; v̄tū h̄mōi operatōni  
bus brutoz aīaliū ad iplicādos aīos hōiuz  
vanis opōnib;. **E**t eadē rō videt eē de oib;  
alijs h̄mōi p̄terq; de hōib;: q; v̄ba hūana  
q̄ accipiūt p̄ omie nō subdūf dispositiōi stel  
larū. disponūt tū fm dīnā puidētiā. ⁊ q̄nq;  
fm demonū opatōez. **S**ic ḡ dicēduz q; ois  
h̄mōi dīnatio si extēdat ultra illud ad qd  
pōt ptingere fm ordinē nāe uel dīne puidē  
tie. est superstiosa ⁊ illicita. **A**d primū ḡ  
d̄r q; h̄ qd Joseph dixit nō eē aliq; sibi si  
milē ī scia auguriādi: fm Aug. ioco dixit h̄  
serio. referens forte h̄ ad illud qd vulg; de  
eo opinabat. ⁊ sic ēt dispesator ei; locut; est  
**A**d scūdū dicēduz q; illa auctoritas loq;  
de cognitōe auūz respectu eoz q; ad eas per  
tinēt. ⁊ ad h̄ pcognoscēda cōsiderate earuz vo  
ces ⁊ motus nō ē illicitū. puta si qs ex h̄ q;  
comicula ferequēter crocitat: p̄dicat pluuiā  
cito eē futurā. **A**d t̄tiuz d̄r q; Hedeō obf  
uauit recitatōem ⁊ expositiōem somny ac  
cipiētis ea p̄ omie q; ordiata ad sui instruc  
tiōnē a dīna puidētiā. ⁊ s̄ h̄ Heliezer atten  
dit v̄ba puelle orōe p̄missa ad deū.

### Ad octauum sic pro

cedit. **V**idetur q; dīnatio sortū nō sit illicita.  
q; sup illud ps. **I**n manib; tuis sortes mee.  
dic̄ glo Aug. **S**ors nō ē aliqd mali: s; res ī  
hūana dubitatiōe dīnā idicās volūtātē.  
**P**. Ea q; a scis ī scripturis obfuata legūt  
nō vidēt eē illicita. s; sci viri tam ī veteri q;  
ī nouo testō iueniūt sortib; v̄s eē. legitur. n.  
Josue 7. q; Josue ex p̄cepto d̄i iudicio sor  
tūū puniuit Achā q; d̄ anathemate surripi  
erat. **S**aul ēt sorte deprehendit filium suū  
Jonathan mei comedisse ut h̄r. p̄ Regl. 14.  
Joas ēt a facie d̄i fugiēs sorte dephensus

ē. et in mare deiecit<sup>o</sup> ut legit<sup>r</sup> Jone. p. Zacharias et forte exyt ut incensū ponēt ut legit<sup>r</sup> Lucā p. **M**atthias etiā ē forte ab aplis i apostolatu elect<sup>o</sup> ut legit<sup>r</sup> Act. p. g. videt<sup>r</sup> qd diuinitatio sortiu non sit illicita. **S**. Pugna pugilū qd monomachia dicitur. i. singularis conuercatio: et indicia ignis et aq̄ que dicitur vlgaria vident<sup>r</sup> ad sortes pertinere: qz p h<sup>o</sup> moi aliqua exgruntur occulta: s; h<sup>o</sup> moi nō videtur esse illicita: qz et David cū philisteo singulari in se certamē legitur: ut dicit<sup>r</sup> p. Regl. 17. g. v<sup>o</sup> qd diuinitatio sortiu nō sit illicita. **S**z ē est qd i decretis. 26. q. 5. dicit<sup>r</sup>. **S**ortes qd cūcta vos vestris discriminatis puitis: quas p̄ses dā nauerūt: nihil aliō q̄ dīnatiōes et maleficia decernim<sup>o</sup>: quāobrē volum<sup>o</sup> oīo illas dānari. et vltra int xp̄anos nolum<sup>o</sup> noiari: et ne exerceatur anathematis interdicto. p̄hibem<sup>o</sup>.

**R**ed dicendū qd sicut ē dicit<sup>r</sup> ē: sortes p̄pe dicitur cū aliquid sit ut ei<sup>o</sup> euētū p̄siderato aliquid occultū inotescat. et quidē si q̄ratur indicio sortiu: quid cui sit adhibendum siue illud sit res possessa siue sit honor seu dignitas seu pena aut actio aliq̄. vocatur sors diuinitio. si autē inquiratur qd agere oportet: at vocatur sors consultoria. si hō q̄rat qd sit futurū vocatur sors diuinatoria. Actus autē hōium q̄ requiritur ad sortes n̄ subdūf dispositioni stellarū: nec ēt euēt<sup>o</sup> ipsoꝝ. vñ si q̄ ea intētiōe sortib<sup>o</sup> vtrā q̄ h<sup>o</sup> moi act<sup>o</sup> b̄iani q̄ regrunt ad sortes: s̄m dispositionē stellarū sortiant<sup>r</sup> effectū. vana et falsa ē opinio. et p̄ oīs nō carēt demonū īgestiōe: ex q̄ talis diuinitatio erit sup̄stitiosa et illicita. hac autē cā re mota nec ē q̄ sortialiū actiū expectet euētus vel ex fortuna vel ex aliq̄ sp̄iali cā diri gente. et si qdē ex fortuna qd locū h̄re p̄t solū in diuina sorte: nō v̄ h̄re nisi forte vitii vanitatis: sicut si aliq̄ nō valentes aliq̄ scorditer diuidē: velint sortib<sup>o</sup> ad diuisiones uti q̄ fortune exponentes q̄s quā p̄t accipiat. **S**i vō ex sp̄iali cā expectet sortiu iudiciū. q̄nq; qdē expectatur ex demonib<sup>o</sup>: sicut legit<sup>r</sup> Ezech. 21. qd rex babilonis stetit i biuio i capite duarū viarū: diuinitatiōem q̄rens: cōmiscens sagittas: interrogauit idola. et exta consuluit. et tales sortes sūt illicite. et s̄m canones p̄hibent. **Q**uāq; vero expectat a deo s̄m illud p̄. 16. **S**ortes mittit i sinū: sed a dño tēperant. et talis sors s̄m se nō ē maluz ut Aug<sup>o</sup> dicit. **P**ōt tñ i h̄ q̄druplicē p̄ctū i

cider<sup>o</sup>. p̄ si qdē absq; vlla necessitate ad sortes recurrat<sup>r</sup>. h. n. v̄ ad dei tēptatiōē p̄tinē. **Q**uā Amb<sup>o</sup> dicit sup Lucā. **Q**ui sorte eligit: hūano iudicio nō cōprehendit. 2. s; q̄s ēt i necessitate absq; reuerētia dei sortib<sup>o</sup> vtrā. **U**ñ sup Act<sup>o</sup> aploꝝ dicit Beda. **S**z si q̄ necessitate aliq̄ opulsi dei putant sortib<sup>o</sup> exēpio aploꝝ eē. **S**ulendū videant h̄ ipsos aplos nō nisi collecto s̄m cetū et p̄cib<sup>o</sup> ad deū suis egisse. 3. si dīna oracula ad trena negocia conuertant. vñ Aug<sup>o</sup> dicit ad īgītōes January. **H**is q̄ d pa ganis euangelicis sortes legūt. et si oprandū sit ut id poti<sup>o</sup> faciāt q̄ ad demonia cōsulēda cōcurrāt. tñ ista mihi displicet consuetudo: ad negocia secularia et ad vite h<sup>o</sup> vanitates dīna oracula velle conuertē. 4. si in electiōibus ecclesiasticis q̄ spūs sci īspiratiōe fieri debent aliq̄ sortibus vtrā. **U**ñ sicut Beda dicit sup Act<sup>o</sup> aploꝝ. **M**atthias antepente costen ordinar<sup>o</sup> sorte q̄rit: qz. s̄. nū dum erat plenitudo spūs sci i ecclia effusa. septē autē dī aconi p̄ ea nō sorte s; electiōe discipuloꝝ s̄ ordinati. **H**ec autē ē i tēporalib<sup>o</sup> dignitatib<sup>o</sup> q̄ ad trena dispositionē ordināt: i quaz electione plerūq; hōies sortib<sup>o</sup> vtrā: sic et i sp̄ialiū rerū dīsiōne. **S**i vō necessitas imineat licitū ē cū debita reuerētia sortib<sup>o</sup> dīnū iudiciū implorā. vñ Aug<sup>o</sup> dicit i epla ad Honoratū. **S**i intē dī mīstros sit disceptatō q̄ eoz p̄secutiōis tpe maneāt ne fuga fiat oīuz. et q̄ eoz fugiāt ne morte oīuz delectat<sup>r</sup> ecclia. si h̄ disceptatō aliter nō potuerit t̄minari: q̄tū mihi videt<sup>r</sup> q̄ maneant et q̄ fugiāt sorte eligendi sūt. **E**t i p̄ de doctrina xp̄ana dicit. **S**i cui abūdaret aliq̄ qd oporteret dari eis q̄ nō haberent: nec duob<sup>o</sup> dari potuisset si tibi occurrant duo q̄ rū neuter aliū vel indigentia vel vrgēte aliqua necessitate sup̄ar: nihil iusti<sup>o</sup> faceres q̄s vt sorte eligeres cui dandū eēt qd dari vtriq; n̄ posset. **E**t p̄ h̄ p̄ r̄sio ad p̄mū et scd̄. **A**d t̄tū dicendū qd iudiciū ferri cādētis vel aq̄ feruentis ordinat<sup>r</sup> qdē ad alicui<sup>o</sup> p̄cti occulti īgītōne p̄ aliq̄ qd ab hōie fit. et i h̄ cōuēit cū sortib<sup>o</sup>. īq̄tū tñ expectat aliq̄ miraculo sus effectus a deo. excedit cōem sortiu rōnē vñ h<sup>o</sup> moi iudiciū illicitū reddit: tū qz ordiatur ad iudicāda occulta q̄ dīno iudicio refuāt. tū ēt qz h<sup>o</sup> moi iudiciū nō ē auctoritate dīna facitū. vñ. 2. q. 5. i decreto Stephani pape dicit. **F**erri cādētis vel aq̄ feruentis examinatōe cōfessionē extorq̄ri a q̄libz sacri n̄ censent

canones. et quod scō:ū patrū documētō faciū  
nō ē. supstitiosa adiuētiōe nō ē psumēduz.  
spontanea. n. cōfessiōe vel testiū approbatōe  
publicata delicta habita p̄ oculis dei timore  
cessa sūt nō regimini iudicare. occulta vō  
et icognita illi sūt relinquēda q̄ solus nouit  
corda filiozū hoīum. Et eadē rō videt eē de  
lege duellozū: nisi q̄ pl' accedit ad cōem rō  
nē sortū iqtū nō expectatur ibi miraculo  
sus effect': nisi forte qm̄ pugiles sunt valde i  
pares virtute uel arte.

**Deinde cōside**  
**R**andū ē de supstitiōib' obf-  
uantiarū. Et circa h' q̄rūf  
quoz. ¶ p̄ de obseruantys  
ad sciam acq̄rendā: que tra-

duntur in arte notoria. 2° de obseruatys q̄  
ordinant ad aliq̄ corpora imutanda 3° de  
obseruantys q̄ ordinant ad cōiecturas sumē  
das fortūiozū vel i fortūioz. 4° de suspen-  
sionib' sacroz vboz ad collū

**Ad primū sic proce**

dit. Videt q̄ vti obseruantys artis notorie  
nō sit illicitū. Dupliciter ē. n. aliqd̄ illicitū vno  
fm̄ genus opis. sicut homicidiū vel furtum  
alio ex eo q̄ ordinat ad malū finē: sicut cū  
aliquis dat el' ynā. pp̄t inane gloriā: s; ea q̄ ob-  
seruantur in arte notoria fm̄ genus opis nō  
sunt illicita. sūt. n. q̄ dā ieiunia et orōnes que  
ad deū ordinant: et ad bonū finē. s. ad sciam  
acq̄rendā. q̄ vti h' mōi obseruatōnib' nō est  
illicitū. ¶ Danielis. p̄ legit: q̄ pueris absti-  
nentib' de die de' sciam et disciplinā i oi lib'  
et sapia. s; obseruantie artis notorie sūt scōz  
aliq̄ ieiunia et abstinentias q̄sdā. q̄ vti q̄ dīni-  
tus sortiat ars illa effectū. nō q̄ illicituz ē ea  
vri. ¶ Ideo v' eē iordinatū a demōibus  
ingrere de futuris: q; ea nō cognoscūt. s; h' ē  
pp̄riū dei ut dictū ē. s; vitates sciaz demōes  
sciūt: q; scie sūt de his que sūt ex necitate et  
sp̄: q̄ subiacent humane cognitioni. et multo  
magis demōnū q̄ sūt p̄spicatiozes ut Aug'  
dic. q̄ nō videt eē pctm̄ vti arte notoria: et si  
p̄ demones sortiat effectū. ¶ S; ē qd̄ d'r  
Deut'. is' Nō inueniat in te q̄ q̄rat a mo: tu  
is vitatē. q̄ qdē iqtū in itif auxilio demo-  
nū. s; p̄ obseruantias artis notorie ingrif co-  
gnitio vitatis p̄ q̄dā pacta significatōm cū  
dmōib' ūta. q̄ vti arte notoria nō ē illicituz.

**¶** dicendū q̄ ars notoria ē et illicita et i  
efficax. Illicita qdē ē: q; utif q̄busdā ad sci-  
entiā acq̄rendā q̄ nō hnt fm̄ se vturē causā  
di sciam: sicut i spectōe quartidā figurari. et  
platoe q̄rudā iqtōzū vboz et alyz h' mōi. et  
iō h' mōi ars nō utif his ut causis: s; ut signis  
nō at ut signis diuinit' institutis: sicut sunt  
sacramentalia signa. vñ relinquit q̄ sint sup  
natura signa: et p̄ cōis p̄tinētia ad pacta q̄dā  
significatōzū cūz demōib' placita atq; fede-  
rata. et iō ars notoria penit' est repudianda  
et fugiēda xp̄iano: sicut et alie artes nugato-  
rie vel notie supstitiōis ut Aug' dicit in 2°.  
de doctria xp̄iana. Et est h' mōi ars inefficax  
ad sciam acq̄rendā. cum. n. p̄ h' mōi artes  
nō itēdat acq̄isitio scie p̄ modum hōi onā  
lem. s. adiuētiōe uel addiscēdo. cōsequēs  
ē q̄ iste effect' vel expectet a deo uel a deo  
uiel a demōib'. Certum ē aut' aliq̄s a deo sa-  
piētiā et sciaz p̄ i fufidēz habuisse: sic d' Halo-  
mōe legit 3° Regl. 3°. et 2° palipo. p̄. Dñs ēt vi-  
scipul suis die Luc. 21°. Ego dabo vobis os  
et sapiam cui nō poterūt resistē et dicit oēs  
aduersary v'ri. s; h' donū nō dat q̄buscunq;  
aut cū certa obseruatōe: s; fm̄ arbitriū sp̄is  
sci: fm̄ illud. i. ad Cor. 12. Alij qdēz datur p̄  
sp̄m̄ sermo sapientie. alij sermo scie s; eūde  
sp̄m̄. et p̄ ea subdit. Nec oia opaf vnus atq;  
idē sp̄s: diuidēs singulis. put vult. Ad dmo-  
nes aut' nō p̄tinet illuminare intellectum ut ha-  
bitū ē i p̄ma h' opis pte. acq̄isitio autē scie  
et sapie fit p̄ illuminatōez intellect'. et iō null'  
vnq; p̄ dmones sciaz acq̄sūt. vnde Aug' di-  
cit i. x°. d' citi. dei Porphiriū fateri theurgi-  
cis thelatis i opatōib' demōnū aie intellectu  
ali nihil purgatōis accidere qd̄ eam faciat  
idoneā ad videndū deū stū: et p̄cipienda ea  
q̄ vera sūt: q̄ia sūt oia sciaz theozemata. pos-  
sent tñ demones verb' hoibus colloquentes  
exp̄imē aliqua sciarū documenta. s; h' nō q̄-  
rif partē notoriā. ¶ Ad primū q̄ dō q̄ acq̄-  
re sciam bonū ē. s; acq̄re eā modo idēbito  
non est bonum. et adhuc finez intendit ars  
notoria ¶ Ad scūdū dicendū q̄ pueri illi nō  
abstinebāt fm̄ vanā obseruatiaz artis noto-  
rie: s; fm̄ auctoritatē legis dīne nolētes ing-  
nari cibus gentiliū. et iō merito obedientie cō-  
secuti sūt a deo sciam: fm̄ illud ps. Super se-  
nes intellexi q; mādāta tua q̄sui ¶ Ad tūz  
dō q̄ exgrēf cognitōez futurozū a dmōib'  
nō solū ē pctz pp̄ h' q̄ ip̄i futura nō cognoscāt

sed propter societate cum eis inita que etiam in proposito non habet locum.

Ad secundum sic pro

ceditur. Vides quod observationes ordinate ad corporum imutationem puta ad sanitatem vel ad aliquid habentur non sunt illicite. Licet enim est uti naturalibus virtutibus corporum ad proprios effectus inducendos. res autem naturales habent quasdam virtutes occultas quarum ratio ab homine assignari non potest: sic quod adamas trahit ferrum. et multa alia que Augustinus enuclerat 21. de ciui. dei. g. vides quod uti habentur rebus ad corpora imutanda non sit illicitum. ¶ Sic corpora naturalia subduntur corporibus celestibus: ita et corpora artificialia. scilicet corpora naturalia sortiuntur quasdam virtutes occultas spiritum consequentes ex impressione celestium corporum. g. et corpora artificialia. puta imagines sortiuntur aliqua virtute occultas a corporibus celestibus ad aliquos effectus causando. g. uti eis et alijs habentur non est illicitum. ¶ Demones etiam potest multipliciter corpora transmutare ut dicit Augustinus 3. de trini. scilicet eorum virtus a deo est. g. h. uti eorum virtute ad aliquos habentur imutationes faciendas. Scilicet 5. de quod Augustinus dicit in 2. de doc. christiana. quod ad superstitionem pertinet volumina magicarum artium et ligature et remedia que medicorum queque disciplina condonat. siue in precantationibus: siue in quibusdam notis que characteres vocant: siue in quibusdam rebus suscipiendis atque signandis. ¶ Sed quod in his que sunt ad aliquos effectus particulares inducendos considerandum est verum naturaliter videantur posse tales effectus causare. sic enim non erit illicitum. licet enim. causas naturales adhibere ad proprios effectus. dum autem aliter non videantur posse tales effectus causare. consequens est quod nec adhibeantur ad hos effectus causando tales causas: scilicet solum que signa. et sic pertinet ad pacta significandum cum demonibus inita. vnde Augustinus dicit 21. de ciui. dei. Allicium demones per creaturas que non ipsi sed deo condidit. delectationibus per sua virtutem dicitis: non ut aialia ciuis: sed ut spiritus signis. que cuiusque delectationi congruit per varia genera lapidum: herbarum: lignorum: aialium: carminum rituum. ¶ Ad primum ergo dicitur quod si simpliciter adhibeantur res naturales ad aliquos effectus producendos ad que putantur naturaliter habere virtutes non est superstitiosum vel illicitum. Si vero adiungantur vel characteres aliqui: vel aliquid nominis: vel alie quecumque varie obseruationes que manifestus est naturaliter efficaciam non habere: erit superstitiosum et illicitum. ¶ Ad secundum dicitur quod virtutes naturales corpo-

rum naturalium consequuntur eorum formas naturales que sortiuntur ex impressione celestium corporum. et ideo ex eorumdem impressione sortiuntur quasdam virtutes actiuas: scilicet corporum artificialium forme procedunt ex conceptione artificis: et cum nihil aliud sint que compositio ordo et figura: ut dicitur in philosophico non potest habere naturaliter virtutem ad agendum. et ideo est quod ex impressione celestium corporum nulla virtutem sortiuntur in quantum sunt artificialia: scilicet solum secundum materiam naturalem. ¶ Falsum est ergo quod Porphyrio videbatur: ut Augustinus dicit in 1. de ciui. dei. verbis et lapidibus et aiantibus et sonis certis quibusdam ac vocibus et figuratibus atque significationibus quibusdam et obfatis in celi conuersione motibus fieri. scilicet fabricari in terra ab hominibus. potest idoneas fieri rum varijs effectibus exequendas: quasi effectus magicarum artium ex virtute celestium corporum pueniret. scilicet sic Augustinus ibidem subdit. Totum B ad demones pertinet ludificatores aiaz sibi subditay vnde et imagines quas astronomicas vocat: ex operatōe demonum habent effectus: cuius signum est quod necesse est eis inscribi quasdam characteres que naturaliter ad nihil operantur. non enim est figura actōis naturalis principium. Scilicet B distat astronomicas imagines a nigromanticis: quod in nigromanticis sunt expresse inuocatores et prestigia quedam. vnde pertinent ad expressa pacta cum demonibus inita: scilicet alij imagines sunt quedam tacita pacta per figuray seu characterum quedam signa. ¶ Ad tertium ergo dicitur quod ad omniū digne maiestatis pertinet cui demones subseruiunt ut eis vtaf deo ad quodcumque voluerit scilicet homini non est potestas super demones commissa ut eis licite possit uti ad quodcumque voluerit: scilicet ei 5. demones bellum indictum. vnde nullo modo habet homini omnino auxilio uti per pacta tacita uel expressa.

Ad tertium sic proce

dit. Vides quod obseruationes que ordinantur ad per cognoscendum aliqua fortuna vel infortunia non sunt illicite. Inter alia enim infortunia hominum sunt et infirmitates: scilicet infirmitates in hominibus que quedam signa procedunt que et a medicis obseruantur. g. obseruare habentur significationes non videtur esse illicitum. ¶ Irrationale est negare illud quod quasi cōiter oēs expiunt. scilicet quasi oēs expiunt quod aliquid repta uel loca uel verba audita vel occurrentibus hominum siue aialium siue distorti aut iordati actus aliquid prestigium habent boni vel mali futuri. g. obseruare ista non videtur esse illicitum. ¶ Actus hominum et euentus ex divina prouidentia disponuntur secundum ordinem quedam. ad que pertinet vnde

¶ Precedentia sunt subsequentiū signa. vñ ea q̄  
antiquis patribus cōtulerūt: signa sūt eorū q̄ i  
nob̄ cōplent: ut p̄ per apl̄. i. ad Lori. x. ob  
seruare aut̄ ordinē ex vīna puidētia pcedē  
tē nō est illicitū. q̄ obfuarē h̄ modi p̄fagia n̄  
vidēf eē illicitū. ¶ 3. ē q̄b̄ Aug<sup>o</sup> dicit i 2. d.  
doctrina xp̄iana q̄ ad pacta cū demonibus  
inita p̄tinēt milia inaniū obseruationū. pu  
ta si mēbrū aliq̄d salierit. si iunctim ambulā  
tibus amicis. lapis aut canis aut puer medi  
us interuenerit: limen calcare cū an̄ domuz  
suā aliq̄s transit. redire ad lectū si q̄s cūz se  
calciat sternutauerit. redire domū si p̄cedēs  
offenderit: cū vestis a foricib<sup>o</sup> rodit: p̄ timē  
supstitiōes malū futuri q̄ p̄is dānū dolere.  
¶ 4. dicitur q̄ boies h̄ modi obseruatōes  
attēdūt nō ut q̄sdā cās: s; ut signa q̄daz futu  
rorum euentū bonorū vel malorū. nō obser  
uant autem sicut signa a deo tradita. cū nō  
sint introducta ex auctoritate dīna. s; magi  
ex vanitate humana coopante demonū ma  
licia q̄ nūf aīos hoīum h̄ modi vāitatib<sup>o</sup> im  
plicare. et iō manifestū ē oēs h̄ modi obfua  
tiones eē supstitiosas et illicitas. et vidēf eē q̄  
dā flige idolatrie: s; quam obfuarē augu  
ria et q̄dā dies fausti uel infausti: q̄b̄ q̄dā nō  
p̄tinet ad dīnatōem q̄ fit p̄ astra s; m̄ q̄ d̄r̄s̄  
cant dies. vñ q̄ h̄ modi obfuaritōes sūt sine  
rōne et arte. vñ sūt magis vane et supstitiose  
¶ Ad primū q̄d q̄ infirmitatū cāe p̄cedūt  
i nobis ex q̄bus aliqua signa p̄cedunt futu  
rorū morborū q̄ licite a medicis obseruant.  
vñ et si q̄s p̄fagiū futurozū euentū cōsidēt  
ex sua cā: nō erit illicitū: sicut si seru<sup>o</sup> timeat  
flagella iudicis vidēs irā dñi sui. et n̄lē ēt eē  
posset si q̄s timeret nocuentūz alicui pue  
ro ex oculo fascināte: d̄ q̄ dictū ē i p̄ li. sic at̄  
nō ē i h̄ modi obseruatōib<sup>o</sup>. ¶ Ad secūdū dī  
cendū q̄ h̄ q̄ a principio i istis obseruatōi  
bus aliq̄d veri hoies experti sūt. h̄ accidit ca  
sū. s; p̄ modū cū hoies icipiūt suū aīuz hui<sup>o</sup>  
mōi obseruantys ip̄licare: multa s; h̄ modi  
obseruationes eueniūt p̄ d̄ceptōez d̄monū  
vt i his obseruatōib<sup>o</sup> hoies ip̄licati curioso  
res fiāt. et se magis iſerant multiplicib<sup>o</sup> laq̄is  
pernitiosi erroris ut Aug<sup>o</sup> dicit in 2. de doc  
trina xp̄iana. ¶ Ad t̄tū dīcendū q̄ in p̄p̄o iu  
deorūz ex q̄ xp̄s erat nasciturus: non solum  
dicta s; ēt facta fuerunt p̄phetica ut Aug<sup>o</sup>  
dicit 3. Faustū. et iō licitū ē illa scā assumē ad  
ad n̄fam iſtructionē: sicut signis diuinit<sup>o</sup> da

tis nō at̄ oīa q̄ agunt: p̄ dīnā puidētia sic or  
dināf ut sint futurū signa. vñ rō nō seq̄.

## Ad quartum sic pro

cedit. ¶ Videt q̄ suspendē dīna v̄ba ad collū  
nō sit illicitū. Nō n. dīna uerba mīoris sunt  
efficacie cū scribunt q̄ cū p̄ferunt. s; s; aliq̄  
sacra uerba dicere ad aliq̄s effectus. puta ad  
sanandū iſirmos: sicut p̄ n̄: uel at̄e maria:  
uel quicūq̄ nomē dñi iuocet: s; illō Mar.  
vlt. i. noīe meo d̄mōia eyciēt: liguis loq̄nt̄  
nouis: p̄pentes tollēt. q̄ videtur q̄ licitū sit  
aliqua sacra scripta collo suspendē i remedi  
um infirmitatis vel cuiuscūq̄ nocuenti

¶ 3. Verba sacra nō min<sup>o</sup> opantur i corpib<sup>o</sup>  
hoīum q̄ in corpib<sup>o</sup> serpentū et alioz aiali  
um. s; incantatōes quādā efficacā h̄nt ad f̄  
primēdū serpētes: uel ad sanād q̄dā alia aīa  
lia. vnde dicitur i ps. Sic aspidis surde et ob  
turantis aures suas q̄ nō exaudiet vocē icā  
tariū et venenifici icātatis sapiēt. q̄ s; suspen  
dere sacra v̄ba ad remediū hoīuz. ¶ 4. Ver  
bū dei nō ē mīoris sanctitatis q̄ relige san  
ctorū. vñ Aug<sup>o</sup> dicit q̄ nō minus ē v̄bū dei  
q̄ corp<sup>o</sup> xp̄i. s; religas scōrum licet hōi collo  
suspendē uel qualicūq̄ portare ad suā p̄te  
ctionē. q̄ pari rōe licet hōi verbo uel scripto  
uerba sacre scripture ad suā cautelā assumē

¶ 3. ē q̄b̄ Criso<sup>o</sup> dicit sup̄ Math. Quidaz  
aliquā p̄tē euāgely scriptā circa collūz por  
tāt. s; nōne q̄tidie euāgeliū i ecclia legitur et  
audif ab oib<sup>o</sup>. cui q̄ i aurib<sup>o</sup> posita euāgelia  
nihil p̄sūt. q̄mō p̄tē eū circa collū suspēsa  
saluare. Deinde ubi ē v̄t euāgely i figurā irāz  
an̄ i intellectu s̄sū: si i figuris: bñ circa collū  
suspendif. si i intellectu. q̄ meli<sup>o</sup> i corde posita p̄  
sūt q̄ circa collū suspēsa. ¶ 4. R̄ideo oō q̄ i  
oib<sup>o</sup> icātatōib<sup>o</sup> ul<sup>o</sup> scripturis suspēsis duo ca  
uēda uidētur. p̄ qdē qd sit q̄b̄ p̄fertur l̄ scri  
bit: q̄ si ē aliq̄d ad iuocatōes demonūz p̄i  
nens. māifeste ē supstitiosū et illicitū. sicut ēt  
v̄t eē cauēdū si cōtineat ignota noīa: ne sub  
illis aliq̄d illicitū lateat. ¶ 5. Criso<sup>o</sup> dicit super  
Math. q̄ phariseorū magnificentiū simbrī  
as suas exemplo: nunc multi aliqua nomīa  
hebraica angelozum confingunt et scribunt  
et alligant: que non intelligentibus metuen  
da uidētur. Est etiam cauēdū ne aliquid  
falsitatis contineat: q̄ sic e<sup>o</sup> effect<sup>o</sup> n̄ poss; s;  
expectari a dō q̄ nō ē testis falsitatis. Deinde  
cauēdū ē scōdo: ne cū uerb sacris contineat

aliqua vana puta alig caracteres iscripti p  
 ter signu crucis: aut si spes habeat i mo scri  
 bedi aut ligadi aut i quacung h moi vanita  
 rate q ad oina reuerentia non ptineat: qz hoc  
 iudicare supstitiosu at at e licitu. **¶** In i de  
 cretis or 26 .q. 6. c. **N**o liceat xpianis zc. nec  
 i collectoib herbar q mediciales sut aliqs  
 obfuaroes aut icaratoes licz attede nisi tui  
 cu simbolo dino aut dnica orde: ut tui cre  
 ator: z de oiu honoref. **¶** Ad primu q od q  
 eti pferre dina verba .aut iuocare dnum  
 nome: si respect habeat solu ad dei reuerē  
 tia a q expectat effect: licitu erit. si vero ha  
 beat respect ad aliqd aliud vane obseruatū  
 illicitu erit. **¶** Ad secudu dicendu q et in in  
 cantatioib serpentū vel qruicūqz aialiu si re  
 spect habeat solu ad verba sacra z ad vntē  
 dina: nō erit illicitu. sz plerunqz tales icāta  
 tiones hnt illicitas obseruatias. z p demōef  
 forniū effectuz. z pcpue in serpentib: qz p  
 pens fuit pmū demonis istrumētū ad hoiez  
 decipiendū. **¶** In dic glo. ibidē norandū: qz n  
 laudat a scripura vndecūqz dat i scriptura  
 silitudo vt pz d iniq indice q rogantē viduā  
 vir audiuit. **¶** Ad tēuz od q eadē etiā rō ē  
 de portatōe reliquiariuz: qz si portent ex fidu  
 cia dei z scōū qru sūt relige: nō erit illicituz  
 si at circa h attendere aliqd aliud vanū. pu  
 ta q vas eet triangulat: aut aliqd aliū hui  
 moi qd nō ptineret ad reuerentiā dei z scō  
 rū eet supstitiosū z illicitū. **¶** Ad qrtū od q  
 Lriso loqz qn respectus habet magis ad fi  
 guras scriptas qz ad vboz intellectū.

**Q**uinde ofide  
 randuz ē de vituz religioni  
 oppositis p religiois dfectū  
 q manifestam hnt drietatē  
 ad religionē. vnde sub irre  
 ligiofitate continent. h moi aut sūt ea q pri  
 nent ad contemptū siue ad irreuerentiā dei  
 z rerum sacrarum. **¶** p q considerandum ē  
 de vituz que pertinent ad irreuerentiā dei.  
 2° de his q pertinent ad irreuerentiā sacra  
 rum rerum. Circa primū considerandū oc  
 currit de temptatioe qua deus temptatur  
 z de perituro in quo noimen dei irreuerent  
 assumit. Circa primū queruntur quoz.  
 p i q cōfistit del tēptatio. 2° vtrū sit peccū.  
 3° cui virtuti opponatur. **¶** 4° de cōparatōe  
 eius ad alia vitia.

**Ad primuz sic proce**  
 dit. **¶** Videt q tēptatio dei nō cōfistat i aliqb  
 factis in qbus soli dine prātis expectat ef  
 fect. sicut. n. de tēptat ab hoie: ita ē hō tē  
 ptat z a deo z ab hoie z a demōe: sz nō quē  
 cunqz tēptat hō expectat aliqs effect pāt  
 iph. g ēt neqz per h q deus tēptat expectat  
 solus effect pātis iph. **¶** Dēs illi q p in  
 uocatōez dmi nois miracula operāt expec  
 tans aliqē effectū solius dine prātis. si g in  
 factis h moi cōfisteret dina tēptatio: qcuqz  
 miracula faceret deū tēptarent. **¶** Ad p  
 sectōnē hois ptinē vī vt pmissis huanis au  
 riluz i solo deo spē ponat. vñ Amb. sup illū  
 Luc 9°. Nihil tulerit in via zc. dic. Qualis  
 dbeat eē q euāgelizat regnū di: pceptis euā  
 gelicis designat. B ē ut subfidy secularis ad  
 minicula nō regrat fideiqz tot iberēs putz  
 quo min ista requireret magis posse suppetē  
 Et brā Agatha dixit. Medicinā corporalē  
 corpi meo nunqz exhibui: sz habeo dūz iesū  
 xpm qui solo sermone restaurat vniuersa sz  
 dei tēptatio nō cōfistit in eo qd ad pfectōez  
 ptinet. g tēptatio nō cōfistit in h moi factis  
 i qbus expectat solu dei auxiliū. **¶** Sz 3 ē  
 qd Aug. dic. 22°. 3 Faustū: q xps q palā do  
 cendo z arguēdo z tū inimicōz rabiē valef  
 i se aliqd nō finendo. dei demōstrabat pātē  
 idē tū fugiēdo z latēdo hois instruebat i fir  
 mitatē: ne deū tēptare audeat qn hz qd faci  
 at uel qd cauere oportet euadat. ex q vī in h  
 del tēptationē cōfistere: qn ptermittit hō  
 face qd pōt: ad picula euadēda: respiciēs so  
 lū ad auxiliū dnu. **¶** B dicendū q tēptare  
 ē pprie expimētū sumē de eo q tēptat. Su  
 mimus at expimētū de aliq z vbis z factis.  
**¶** Verb quidē ut experiamur an sciat qd que  
 rimus: uel possit aut velit illud iplere. Fact  
 at cū p ea q facim exploram alci puidētā  
 uel volūtatē vel prātē. vtrūqz at hoz vtingit  
 dupliciē. Uno qdē mō apre: sicut cū qs tem  
 ptatozē se pfitef: sicut Samson Judic. 14.  
 pposuit philisteis pbleuma ad eos tēptādū  
 Alio vō mō isidiose z occulte: sicut pharisei  
 tēptauerūt xps: ut legit Math. 22°. Rursus  
 qnz qdē expisse. puta cū qs dicto vel facto f  
 redit expimētū sumē de aliq. qnz vō iterpta  
 tiue qn. s. z si B nō itē: dat ut expimētū sumat  
 id tū agit uel dicit qd ad nihil aliud videtur  
 ordinabile nisi ad expimētū sumdū. Sic g

hō tēptat deū qñq; verbis qñz factis. **U**erb  
g lē deo collogmur orādo. vñ in sua petitōe  
exp̄sse aliqs deū tēptat qñ ea itentiōe aliqd  
a deo postulat ut explozet dei sciam ptātes  
uel volūtātē. Factis autē exp̄sse aliqs deuz  
tēptat qñ p ea q̄ facit intendit exp̄mentū su  
mē dīne ptātis siue pietatis atq; scie. **S**z qñ  
īterpretatiue deū tēptat q̄ r si nō intēdit ex  
perimētū de deo sumē: aliqd tñ in h̄ petit l  
facit qd̄ ad nihil aliud ē vtile nisi ad pbādā  
dī ptārē uel bonitatē uel cognitionem: sicut  
cū qs exp̄mētū currere facit ut euadat hostes. **H**  
nō ē exp̄mētū de eq̄ sumē. s; si equū curref  
facit absq; aliqua vtilitate. **H** nihil aliud eē  
videt q̄ exp̄mētū sumere de eq̄ velocita  
te. r idē ē i oib; alyis reb; qñ ḡ pp̄t aliqua;  
necitatē seu vtilitatē omittit se aliqs diuio  
auxiliū i suis petitōib; uel factis: h̄ nō ē de  
um tēptare. **o**r. n. 2. palipo. 20. **C**ū ignozam?  
qd̄ agē debeam. **H** solū hēm? f̄sdū ut oco  
los nostros dirigamus ad te. qñ vero h̄ agi  
tur absq; vtilitate r necitate h̄ ē īterptatiue  
tēptare deū. vñ sup̄ illud **Deut. 6.** **N**ō tem  
ptab dñz deū tuū. dicit glo. deū tēptat q̄ hñf  
qd̄ faciat sine rōe cōmittit se piculo. exp̄iens  
vix possit libari a dō. **A**d p̄mū ḡ dō q̄ hō  
etiā qñq; factis tēptat vtrū possit vel sciat l  
velit h̄ mōi factis auxiliū uel īpedimentuz  
p̄stare. **A**d scdm̄ dicendū q̄ sci suis p̄cib;  
miracula facientes ex aliqua necitate v̄ vti  
litate mouent ad petēdū dīne ptātis effectū.  
**A**d t̄tū dicendū q̄ p̄dicatores regni dei  
ex magna necitate r vtilitate l̄s̄dia t̄palia  
p̄mittūt ut verbo dei exp̄ditū vacent. et  
iō si soli deo initant: nō ex h̄ tēptāt deū. s; si  
absq; vtilitate uel necitate humana l̄s̄dia d̄  
s̄ferēt tēptarēt deū. vñ **Aug. dīc. 22. 5** **S**au  
stū q̄ **Paul. n̄** fugit quasi nō credendo i de  
um: s; ne deū tēptaret si fugere nolūisset. cū  
sic fuger potūisset. btā vero **Agatha** experta  
erat erga se dīnā benivolentiā: ut vel īfirmi  
tates nō pateret. p̄ qb; corporali medicina  
īdigeret: uel statū sentiret diuine sanationis  
effectū.

**A**d secunduz sic pro  
cedit. **V**idēt q̄ tēptare deū nō fit pctm̄. de  
us. n. n̄ p̄cepit aliqd̄ pctm̄. p̄cepit at̄ vt hoies  
eū pbēt qd̄ ē eū tēptare. **o**r. n. **Malach. 3.**  
**I**nferte oēm decimā i horreū meū ut sit ci  
b; i domo mea. r pbate me sup̄ h̄ dīc dñs. s;

non apucro vobis cataractas celi. q̄ vidēt q̄  
tēptare deū nō fit pctm̄. **S**ic aliqs tē  
ptat ex h̄ q̄ exp̄iētia sumat de scia uel potē  
tia ei. ita ē de bonitate r volūtate ipsius. s; **l**  
licitū ē q̄ aliqs exp̄mētū sumat diuine bo  
nitatis siue ē voluntatis. **o**r. n. **pl. 33.** **S**usta  
te r videte qm̄ suauis ē dñs. **E**t ad **Ro. 12.**  
**P**robetis q̄ sit volūtas dei bona r bñplacēs  
r p̄fecta. ḡ tēptare deū nō ē pctm̄. **S**ic **M**  
lus vitupat i scriptura ex eo q̄ a pcto cessat.  
s; magis si pctm̄ cōmittit. vitupat at̄ **Abas**  
q̄ dñō dicente: **P**ete tibi signū a dñō dō tuo  
r̄ndit: nō petā r nō tēptabo dñm. r dictum  
ē ei. **N**ūqd̄ paz ē vob̄ molestos eē hoib; q̄  
molesti estis et deo meo: ut **o**r. **Isa. 7.** **D**e  
**Abrahā** at̄ legit **Gen. 15.** q̄ dixit ad dñz vñ  
scire possum q̄ possessurus sim eam. s. rerrā  
repromissā a deo. **S**imilr̄ ē **Hedeon** signus  
a deo petut de victoria repromissa: ut legit  
**Judic. 6.** qui tñ ex h̄ nō rephēdūt. ḡ tēpta  
re deū non ē pctm̄. **S**z est qd̄ phibet in  
lege dei. **o**r. n. **Deut. 6.** **N**ō tēptabis dñm d  
um tuū. **R** dicendū q̄ sicut s̄ dictū ē. tē  
ptare est exp̄mētū sumere. nullus at̄ exp̄  
mētū sumit d̄ eo d̄ q̄ ē cert. r iō ois tēptat  
ex aliqua ignozatiā uel dubitatōe. p̄cedit v̄  
ei q̄ tēptat: sic cū qs exp̄mētū de aliqua re  
sumit ut ei? qualitatē cognoscat: siue ahozū  
sicut cū qs exp̄mētū de aliq̄ sumit ut alyis  
oñdat: p̄ quem modū deus dicitur nos tem  
ptare. **I**gnozare at̄ uel dubitare de his que  
ptinēt ad dei p̄fectionē est pctm̄. vñ manife  
stum ē q̄ tēptare deū ad hoc q̄ ipse tēptas  
cognoscat dei virtutē ē pctm̄. **S**i qs at̄ ad h̄  
exp̄mētū sumat eozū q̄ ad dīnā p̄fectōez  
ptinēt nō ut ipse cognoscat: s; ut alyf demō  
stret. hoc nō ē tēptare deū: cū l̄s̄bit iusta ne  
cessitas seu pia vtilitas. r alia q̄ ad hoc cur  
rere debēt. **S**ic. n. apli petiuerūt a dñō ut in  
noīe iesu xpi fierēt signa: ut **o**r. **Act. 4.** ad h̄  
.s. q̄ virtus xpi ī fidelib; māifestaret. **A**d  
p̄mū ḡ dicendū q̄ solutio decimarū erat ille  
ge p̄cepta: ut s̄ habitū ē. vñ hēbat necitates  
ex obligatōe p̄cepti r vtilitatē q̄ ibi d̄: ut sit  
cibus i domo mea. vñ soluendo decimas nō  
tēptabāt deū. **A**t ibidem subdīf: r pbate  
me. nō ē itelligendū causalit̄ quasi ad h̄ sol  
uere deberēt decimas: ut pbarent si de? eis n̄  
aperiat cataractas celi: s; p̄secutiue: qz. s. si d̄  
cimas soluerēt exp̄mētō pbaturi erāt bñfi  
cia q̄ eis de? cōferret. **A**d secundū dicēdū

omplex e cognitio dine bonitatis l voluta  
 tis. Una quide speculatiua. r qru ad hac fi  
 licet dubitare nec pbare vtru dei volutas fit  
 bona vel vtz deus fit suatus. Alia at e cognti  
 tio dine volutatis siue bonitatis affectiua si  
 ue expimentalis du gs expif i seipso gustuz  
 dine dulcedinis. r coplacentia dine volutat  
 ficat de Jerotheo dic h y o . 2 . ca . de vini.  
 no q vidicit dina ex copassione ad ipa. r B  
 mo mouemur vt pbemus dei volutate: r gu  
 stemus e suauitate. Ad tertuz od q deus  
 volebat signu dare regi Abaz no p ipso so  
 lu s p totu ppli instructoe. r io reprehendis  
 qi ipedito cois boni r salutis q signu pete  
 nolebat. nec petendo teptasset deu. tu qz ex  
 madata dei potuisset. tu qz h pertinebat ad  
 vtilitate coez. Abrahā at signu petyt ex isti  
 ctu diuino. r io no peccauit. Sedeo vero ex  
 debilitate fidei signu petysse vñ. r io a pctō  
 no excusatur: sicut ibi de glo. dic. sicut r Za  
 charias peccauit. dicēs Luc. p ad angeluz.  
 vnde B sciam. vñ r ppē hanc incredulitatez  
 punie fuit. Sciendū tñ q dupliciē aliquis fi  
 gnū petir a deo. Uno ad explozandā dīnaz  
 ptatē aut vitatē dicti eius. r B de se ptiet ad  
 dei teptatōez. Alio ad B q istruat qd sit cir  
 ca aliqd factū placitū deo. r B nullo modo  
 ptinet ad dei teptatōez.

Ad tertuz sic proce

dis. Uidet q teptatio dei no opponat vtuti  
 religionis. Teptatio. n. dei hz rōnez pcti ex  
 B q hō de deo dubitat ut dictū ē s dubita  
 re de deo ptinet ad pctm infidelitatis qd op  
 ponitur fidei q teptatō dei magis opponi  
 tur fidei qz religioni. B Ecl. 18. dī. An  
 rōnē ppara aīam tuaz. r noli eē qñ hō qui  
 teptat deū. ubi dic glo. inflinealis: quasi. s.  
 t. ptas deū orat qd docuit: si nō fac qd inffit  
 s hoc ptiet ad psuptōez q opponit spei. q vñ  
 q teptatio dei sit pctm oppositū spei. B.  
 Sup illud ps. et teptauerūt deū i cordibus  
 suis. dic glo. q teptare deū ē volo'e postula  
 re: ut in vbis sit simplicitas cū sit i corde ma  
 licia. s. dolus opponit vtuti veritatis. q tem  
 ptatio dei nō oppōit religiōi: s. vitati. B  
 dē q sic ex pdicta glo. hētur: teptare deū ē i  
 ordiate postulare. s. debito mō postulare ē  
 act' religiōis ut s habitū ē. q teptare deū ē  
 pctm religiōi oppositū. B dicēdū q sicut  
 ex s dictis p: finis religiōis ē deo reuerētiā

exhibere. vñ oīa illa q directe ptinet ad irre  
 uerētiā dei religiōi opponit. manifestuz est  
 aut q teptare aliqū: ad irreuerentiā eius p  
 tinet. nullus. n. presumit teptare eū de cuius  
 excellētia cert' ē. Vñ manifestū ē q teptat  
 deū ē pctm religiōi oppositū. Ad primū g  
 od q sicut s dictū ē: ad religiōē pertinet p  
 testari fidē per aliqua signa ad diuinā reue  
 rentiā ptinetia. et io ad religiositatem perti  
 net q ex icertitudine fidei hō aliqua faciat  
 q ad dinā irreuerētiā ptinet: cuius ē teptat  
 deū. et io est religiositatis species. Ad secū  
 dum od q ille qui ante orōnē aīam suā nō  
 preparat dimittendo si qd aduersū aliqūez  
 bz: uel al' ad deuotionē se nō disponendo: si  
 facit qd i se ē ut exaudiat a deo. et io quasi i  
 terptatiue teptat deū. et quīs h' mōi iterp  
 tatiua teptatio videat ex presūptiōe seu idif  
 cretiōe puenire: tñ hoc ipsū ad irreuerētiā  
 dei ptinet ut hō psuptuose et sine debita dilī  
 gentia se habeat i his q ad deū ptinet. dicē  
 .n. i. Pet. 5. Humiliamini sub potēti manu  
 dei. et 2 ad Timot. 2. Sollicite cura te ip  
 suz pbabilē exhibē deo. vñ h' mōi temptatō  
 irreligiōsitas species est. Ad tertū dicēdū  
 q i coparatōe ad deū q nouit cordis abscō  
 dita: nō dicit aliqs dolose postulare. s. p ref  
 pectū ad hoīes. vnde dolus per accidens se  
 hz ad teptatōez dei. et ppē hoc nō o3 q tem  
 ptatio dei directe oppōat veritati dei

Ad quartum sic pro

cedis. Uidet q teptatio dei sit grau' pctm  
 qz superstitio. Maior. n. pena p maiori pec  
 cato iserf. s. grau' ē punitū i iudeis pctm tē  
 ptationis dei qz pctm idolatrie. qd tñ est pci  
 puū inf supstitōez: qz p pctō idolatrie inise  
 cti sūt ex eis viginti: ia milia hoīuz: ut legitur  
 Exo. 32. p pctō at teptatōis oēs vliē i deſto  
 perierūt terrā pmissiōis nō itantes: s. illō  
 ps. Teptauerūt me pſes vñ. et p' ea subdit:  
 quibus iuravi i ira mea si introibūt i regies  
 meā. q teptare deū ē qñ' pctm qz supstitō  
 B. Tanto aliqd pctm videt eē grau' quā  
 to magis virtuti opponit. s. religiositas cui'  
 spēs est teptatio dei: magis opponit virtuti  
 religiōis qz supstitio q hz aliqua similitudinez  
 cū ipsa. q teptatio dei est grau' pctm qz sup  
 stitio. B. Maius pctm videt eē irreuerē  
 ter se hēre ad parētes qz reuerētiā pentib' d  
 bitā alijs exhibere. s. de' ē bonozand' a nob



falsū iurat qđ putat eē verū. sicut ille q verū iurat qđ putat eē falsū. dicit. n. ibi Aug. Inest que admodum vbi pcedat ex aio: q: reaz lingua nō facit nisi rea mens.

**Ad secunduz sic procedit.**

Videť q nō oē piuriū sit pctm: Quicū qz. n. nō implet qđ iuramēto cōfirmatū: piurū eē videt. sed qñqz aliqs iurat se facturuz ali qđ illicitū. puta adulteriū vel homicidium qđ si faciat peccat. si ġ etiā nō faciendo peccaret pctō piuriy: sequeret q eēt pplex. ¶ Nullus peccat faciedo qđ meli' e. s. qñz ali quis piurando facit qđ meli' est: sicut cū qs iuravit se nō intraturz fligione vel qēciqz opa virtuosa nō facturz. ġ nō oē piuriū ē peccatū. ¶ Ille q iurat facere alterius volūtatē nisi eā faciat videt icurrere piuriū. s. qñqz pōt cōtingere q nō peccat si ei' nō implet voluntatē. puta cū pcepit ei aliqd nimis durū z ipotabile: ġ videt q nō oē piuriū sit pctm.

¶ Juramentū promissōrium se extēdit ad futura: sicut assertōriū ad pterita z pntia sed pōt cōtingere q tollat obligatio iuramti p aliqd qđ in futurū emergat: sicut cū ali qua ciuitas iurat se aliqd seruaturū. z p' ea supueniūt noui ciues q illud nō iurauerūt. v' cū canonic' aliqs iurat statuta ecclie alie' se seruaturū. z p' modū aliqua sūt d nouo. ġ videt q iste q transgredit iuramentū nō peccet. S. d. e. qđ Aug' dicit de verb apli Jacobi i smone de piurio loquēs. Videtis q ista detestāda sūt belua z de rebus hūanis extimanda. ¶ Dicitū q sicut s dicitū ē: iuraf ē deū teste iuocare. p̄tinet at ad dei reuerētiā q aliqs eū teste iuocet falsitatis: ga p b dat i intellige uel q de' vitatē nō cogscat q falsitatē testificari velit. z iō piuriū māifeste ē pctm religioi dñi cui' ē deo reuerētiā exhibere. ¶ Ad primū ġ dō q ille q iurat se facturū aliqd illicitū: iurādo icurrit periuriū ppter defectū iusticie. s. si nō impleat qđ iurauit i b periuriū nō icurrit: qz b non erat tale qđ qđ sub iuramēto cadē possz. ¶ Ad scđm videndū q ille q iurat se nō intraturū religione: vel nō daturū elyam: uel aliqd h' mōi iurando piuriū icurrit ppter defectū iudicij z iō qñ facid qđ meli' ē nō ē piuriū. sed per iurio dñi. s. n. eius qđ facit sub iuramento cadē nō potat. ¶ Ad tñiū dō q cuz aliqs iurat vel promittit se facturū voluntatem al

teri' intelligenda est debita additio: s. i. id qđ ei mandaf licitū sit z honestū z portabile si ue moderatū. ¶ Ad quartū dō q qz iuramti est actio psonalis. ille q de nouo fit ciuis alicui' ciuitatis nō obligat q iuramēto ad obseruanda illa q ciuitas se seruaturū iuravit tenet tñ ex quadā fidelitate ex qua obligat. vt sic sit soci' bonoz ciuitatis. ita ē fiat particeps onez. Canonice' q iurat se seruaturū statuta edita i aliq collegio: nō tenet ex iuramento ad seruandū futura: nisi itēderit se obligare ad oia statuta pterita z futura: tenet tñ ea seruare ex ipsa vi statutorū q hnt coacti uā vritutē vt ex s dicitis h'. ¶

**Ad tertiuuz sic procedit.**

Videť q nō oē piuriū sit pctm mortale. v' n. e. de iureiuran. in ea qōne q ponit an a sacri vinclo absoluat q illō iurati p vita et reb' seruādis fecerūt. Nihil aliō arbitramur qz qđ antecessores nostri romani pontifices arbitrati fuisse noscūt q tales a iuramēti nexib' absoluerūt. Ceterū vt agaf consulti' z auferat mā deierandi: non eis ita expresse dicat vt iuramēta nō seruet. s. si ea nō attēderint. nō ob h' sūt tanqz p mortali crimine puniendi. nō ġ oē piuriū ē pctm mortale.

¶ Sic Criso' dicit. magis ē iurare p deū qz p euāgelii. s. nō sp peccat mortaliē q p dūm iurat aliqd falsū. puta si ex ioco vel lapsu lingue aliqs tali iuramēto i cōi smōe vraf. ġ nec ēt si aliqs frangat iuramēto qđ solēni ter p euāgelii iurat sp erit pctm mortale.

¶ Scđz iura ppi piuriū aliqs icurrit ifamia: vt h'. 6 q. i. c. ifames. nō at v' q ppi qđ libet piuriū aliquis ifamiā icurrit: sic d' de assertorio iuramēto violato p periuriū. ġ v' q nō oē periuriū sit pctm mortale. ¶ S. d. d.

De pctm qđ dñi pcepto dino ē pctm mortale. s. periuriū dñi pcepto dino. v' n. Leuit. 19. Nō piurab i noie meo. ġ ē pctz mortale. ¶ R' dō q fm doctrinā phi. propf qđ vniūqz tale illud magis. videm' at q ea q ex te sūt pctā venialia vel ēt bona ex gener: si i cōtēptū dei fiāt sūt pctā mortalia. vñ m' to magis quicquid ē qđ d sui rōe p̄tinet ad cōtēptū dei est pctm mortale. piuriū at de sui rōe ipotat cōtēptū dei. ex b. n. h. rōne clpe vt dicitū ē: qz ad irreuerētiā dei pertinet. vñ māifestū ē q piuriū ex sui rōe est peccatuz mortale. ¶ Ad primū ġ dō q sicut s dicituz

est: coactio, nō aufert iuramēto pmissorio  
vini obligādi respectu ei⁹ qd licite fieri pōt  
z iō si aligs nō impleat qd coact⁹ iuravit: nihil  
ominus peritūū icarrt: z mortalit̄ peccat.  
pōt tñ p auctoritatē sūmi pontificis ab obli  
gatiōe iuramenti absolui. p̄sertim si coactus  
fuerit tali metu q cadē posset i cōstantē viꝝ  
¶ At dicif q tales nō sūt puniendi tanq̄ p  
mortali crimie: nō h̄ iō dicif qz nō peccent  
mortaliter: s̄ qz pena eis minor: s̄ fligit. ¶ Ad  
secundum dō q nō prop̄ qdlibz pctm̄ moz  
tale aligs infamit̄ efficit ipso iure. vñ nō se  
quif si ille q iurat falsū iuramēto assertorio  
nō ē infamit̄ ipso iure s̄ soluz p sniam diffi  
nitūā latā s̄ eū in accusatiōe q prop̄ h̄ nō  
peccet mortalit̄. iō at magis reputatur inia  
mis ipso iure q frangit iuramentū pmissori  
um solēniter factū: qz i ei⁹ ptate remāet p⁹  
q̄ iuravit: ut det suo iuramēto veritatē: qd  
nō cōtingit i iuramēto assertorio. ¶ Ad ter  
tium dō q ille q iocose piurat: nō emitat, di  
uinā irreuerētiā s̄ q̄tū ad aliqd magis augz  
z iō nō excusat a pctō mortali. ille at q ex la  
p̄u lingue falsū iurat. si qdē aduertat le iura  
te z falsū eē qd iurat nō excusat a pctō moz  
tali sicut nec a dei cōtēptu. si at h̄ nō aduer  
tat nō v̄ h̄re itētiōz iurādi. z iō a crimine p  
iury excusat. ē ḡ ḡui⁹ pctm̄ si qs solēniter  
iuret p euangeliū q̄ si p deū i cōi sermōe iu  
ret. tñ p̄p̄ scadalū. tñ p̄p̄ maiore delibatiōz  
qb̄ eq̄lr hinc inde p̄fatis ḡui⁹ ē si qs p denz  
iurās piuret q̄ si piuret iurās p euangeliū.

### Ad quartum sic pro

cedit. ¶ Videt q ille peccet q iniungit iuramē  
tū ei q piurat. Aut. n. scit eū v̄p̄ iurare: aut  
falsū. si scit eū v̄p̄ iurare: p nibilo ei iuramē  
tū iniungit. si at credit eū falsū iurare: q̄tum ē  
de se iducit eū ad peccādū. ḡ v̄ q nullo mo  
do debeat qs alicui iuramentū iniūgē. ¶ Ad  
¶ Ad i⁹ ē accipe iuramētu ab aliq̄ q̄ iuramē  
tū iniungere alicui. s̄ recipe iuramētu ab aliq̄  
nō videt eē illicitū. z p̄cipue si piuret: qz in h̄  
v̄ cōsentire pctō. ḡ videt q multo min⁹ lice  
at exigē iuramētu ab aliq̄ q piurat. ¶ Ad  
¶ Si peccauerit aīa z atuerit  
vocē iurantis falsū: testisqz fuerit q ipse vidit  
aut conscius est: nisi indicauerit: portabit i  
iquitatē suā. ex q̄ v̄ q aligs sciens alicquem  
iurare falsū teneat eū accusare. nō igitur lz  
ab eo exigere iuramētu. ¶ S̄ s̄ sicut peccat

ille q falsū iurat: ita ille q p falsos deos iurat  
ut Aug⁹ dic̄ ad Publicolā. ḡ licet iuramen  
tū exigere ab eo q falsū iurat. ¶ R̄ dō q cir  
ca eū q exigit ab alio iuramētu distiguēdū  
videt. aut. n. exigit iuramētu pro seipio p̄p̄a  
sponte. aut exigit iuramētu p alio ex. neces  
sitate officij sibi cōmissi. z si qdē augs p se  
ipso exigit iuramentuz tanq̄ p̄sona priuata  
distiguēdū v̄ ut Aug⁹ dic̄ in sermone de  
piurys. si. n. nescit eū iuraturz falsū. z ideo di  
cit. iura mihi ut fides ei sit: nō ē pctm̄. tñ est  
hūana tēptatio: qz. f. p̄cedit ex qdam infir  
mitate q h̄ dubitat verū eē dicituruz. z hoc  
ē illud iuramētu d̄ q dñs dic̄ Mat̄. 5. Qd  
āpl⁹ ē a malo ē. si at scit eū fecisse. s̄. s̄rū ei⁹  
qd iurat: z cogit eū iurare: hom̄ r̄da est. il  
le. n. de suo piurio se iterimit. z iste manum  
iterficiētis ipressit. si at aligs exigit iuramē  
tū tanq̄ p̄sona publica fm̄ q exigit ordo iu  
ris ad p̄ntione alteri. nō v̄ esse in culpa si  
iple iuramētu exigit: siue sciat eū falsū iura  
re: siue v̄p̄: q nō videt ille exigere. s̄ ille ad  
cui⁹ instantiā exigit. ¶ Ad p̄mū ḡ dicēdū q  
obiectio illa p̄cedit q̄n p se aligs exigit iura  
